

Eremnia bona paritercum illa.

dulcedo, divini amoris ingeniosissimo studio. Ut ars demonio falleretur ipsamet arte, ibi ubi Adam mortuus, decretum est Christum mori; ut homo haberet vitam, per quod accepterit mortem: igitur sub arbore malo, qua corruit in totius stipes infirmitatem, toti venenato generi consecutus est salutem. In pena Primiparentes vim nocent mali, & urget dolor, quod compulsi error. Dabantur.

An hoc esse mori: vel si graviora supersunt, An detur reditus miseris, an sine perenni Perdant, quod superest: an cum via mortis amara

Mat. Vict.

Per lignum ingruerit, mundo, populisque futaris

Posset adhuc aliquid per lignum vita redire? Succinit Marius Victor lib. 1. Gensos v. 543. Positi sunt voto, simulatque Christus pedendit in ligno.

Genes. 2.11.

Hinc nobilitas arboris, & singularitas virtutis celestis, Nescio, an expressa pridem quam homines essent, Dixit Deus, die creationis tertio: Germinet terra lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Quomodo lignum fructum terre quit, nisi iuxta genus suum? Vel quo ordine, si semen in semetipso non est? Quia lignum scientie boni & mali, latu-rum aliquando, quod non suum, fructum exoticum vitæ. Tullit suum fructum, & con-tulit fructu venenum: sic stabat, & præsta-bat, allaturum fructum, cuius semen in se-metipso non erat: igitur dum ex ipso factus stipes crucis, fructus erat ventris Virginis, & non arboris. Cum ferret fructum non pro-prium; in proprium utique, lignum ferret remedium: etenim fructu de celo delapso, mors auferenda, quæ processerat è ligno. Ideo lignum & non arbor, trunco ex quo facta Crux. Fructus in semetipso non est. Ecce arboris singularitas, & fructus novi-tas: igitur nactus est homo vitam æternam, ubi Adamus fidi, filisque ademerat vitam, accepto medicamine in ligno, veneno po-tio: igitur salus adeptæ, ubi salus amissa. Crux (ait Hrabanus de Crucis laud.) peccatorum est remissio, pietatis exhibitio, meritum argumentum, infirmorum remedium, las-sorum refugium, sanorum incolumitas, de-speratorum securitas, infortunatorum felicitas. Cui subscribit Cassiodorus in v. 6. Psalm. 4. dicens: Crux est humilium tui-to, superbarum dilectio, victoria Christi, perditio diaboli, infernorum destructio, celestium confirmatio, mors infidelium, vi-ta iustorum, arbor resurrectionis, lignum

Crux ha-buit fru-ctum pro prium, dum tu-lit ali-um.

Hraban

Crucis momen-ta. Cassiod

vita æternæ. Ex illo enim mors irrepit, sed ex illo vita mortuorum prorupit. Ideo in eius inventione ut observat Baronius in Notis ad Martyrolog. die 3. Maij. infirmus convalluit, & cadaver resurrexit; ut pateret quod in ligno Crucis concessa fuerit hominibus virtus de infirmitate, vita de morte. O dulces, & nobile lignum! dicam cum Venant. Fortun. Hymn. 3. de Cruce. Quodque ferus serpens infecit felle veneni, Sanguis in hac Christi dulci liquore lavat. Hoc pius in ligno reparans deperdita pridem, Quod vetiti ligni poma tulere boni.

Baroni- Et mira-bilia. Venant.

DIDASCALIA X.

Summa felicitas, dum nequit esse potentior, nisi qui melior.

Screibt Seneca Epist. 90. Inter homines pro summo est optimus, & optimus maximus. Inter flores rosa principissa, quia pulchrior, & aurum inter metalla, quia pretiosius. Unde Solorzanus Embl. 8. canit: Optimus esse prius Rex Divum Iupiter ambit.

Sencea

Maxi-mus qui optimus. Solorz

Maximus esse ambis? Optimus est prius: Iure quidem: dedecus in muneribus, quin prius obtineantur merita, habere vana me-ritorum signa. Non est super, qui indignè in dignitatum cacumina surgit, sed qui me-ritis optimis indignè iacet: —Velut altus Olympi Vertex, qui spatio ventos biemesque relin-quit, Perpetuumque nulla temeratus nubes serenum, Celsior exurgit pluvijs, auditque ruentes Sub pedibus nimbos, & rauca tonitrua calcat.

Claudj

In digni-tate qui non me-lior, non subli-mior.

Merita sunt, quæ potestas dignitatis inquiri, & adeptis pro splendore gaudet: igitur propudiosum, quod sit dignitate sublimior, qui dotibus non est melior. Decus dignita-tis nonnumquam in electione querendum, quod quidem constat excellentia merito-rum: igitur prius potestatem habuerunt merita, quam per electionem designarent suffragia.

2 Pertusa iudices gens Hebræa, sate-gatebat de Monarcha. Illa querebat digni-tatem, Dominum regem: etenim electori di-xit: Cras mittam virum ad te de terra Ben-iamin, & unguens eum ducem super popu-lum meum. Quisnam hic? Saul enim erat: qui

1. Reg. 9. 16.

Verf. 1.

Boeth.

Boeth. Augura-tio Prin-cipem, malum omen.

Infatua-tio voca-linum.

Merita eligunt.

Præfer non be-nus, ni cunctis melior.

Virgilj

qui quidem electus & bonus, & non erat vir de filijs Israeli melior illo: ab humero & sursum eminebat super omnem populum. Priusquam ritus unctiois celebraretur in principem, vel collocaretur super fatalem lapidem (ita apud Scotos vocabatur locus augurationis, ut notat Hector Boethius lib. 13. quasi elvari ad potestatem regiam esset destinari in ruinam, & in exitum omen, tendente electo in fatalitatem) vel super secutum, iuxta influentem plurimarum Gentium: priusquam esset à suffragatoribus agnitus, vocatur electus. Ni pateret ex textu causa, electio videretur suspiciosa: & qui sæpe dum confertur suffragium, qui defungitur munere, habet electum; vel quia dum ambitio suggerit, modò ex natione præses; sit qui fuerit, vel qui primus occur-rit.

3 Electus dicitur Saul, necdum electus. Quo iure? Erat electus & bonus. Merita sunt, quæ Superiorem eligunt; siquidem suffragia subscribunt electioni meritum. Ex bonitate surgebant merita, ex vocalibus pendebant suffragia: & qui bonus, ante electionem vocatur electus; quippe priusquam suffragia designarent dignitatem, dotes il-lius constituerant principem. Dignitas suprema vacat, & est homo præclaris instrumentis ornatus? Ille bonus: & dum bonus ante electionem electus.

Pendebat. Erat bonus, & non erat vir melior illo. Cur non dicitur, quod melior cunctis; sed qui melior, dumtaxat laudatur positivo bonitatis? Omnes meritis præcelle-re debet, qui dignitate præest omnibus: & minime erit bonus, qui non melior. Non erat vir melior illo. Videntur enim dotes insignes, dum eliguntur, antequam conferantur dignitates: igitur dignitatis decor spectabi-lior, quod è cunctis assumatur qui melior: sicut proponens ad dignitatem, quod è elegerit meliorem.

4 Cæterò. Ab humero & sursum eminebat super omnem populum. Hæc est electionis causa, meritum scilicet eminentia. Licet Forma speciosa congruat impetio, & proceritas, iuxta Aristot. lib. 4. Ethic. cap. 3. sit eximia corporis pulchritudo; unde Virgilius lib. 7. Aneid. v. 783. Ipse inter primos præstanti corpore Turnus Virtutis arma tenens, & toto vertice supra est.

Et lib. 8. v. 161. de Anchise dixit: —Mirabar & ipsum Labredontiadem, sed cunctis altior ibat Anchises.

Hic non tam commendatur magnitudo

corporis, quam virtutis. Animi bona & or-namenta virtutum intelligantur: subdit hic Abulensis. Eminebat virtutibus super om-nem populum ab humero & sursum: & iurè elevatur virtus huiusmodi in fastigia regimi-nis; cum non inveniretur inter tot homo si-millis proceritatis. Vernacule vigilantibus. Pæ-la electione necessaria, no. aviendo entre tantos hombres un hombre de su estatura. Erat ma-ior, & melior. Nemo è tantis melior illo: er-go necessaria electio: quippe si optimus ma-ximus, ille unicus.

5 His igitur instrumentis singulari-bus; & egregijs naturæ & animi dotibus, al-truitur consilium maturum propositionis, & electio ante possessionem dignitatis. Quis erit electus, quem præponam? dicitur per le-remiam. Phrasis re vera subtilis: igitur cor-dato ni dignus præponatur, non proponitur. Præponere dicit, dum proponere oportebat pro electione: sed meditante, ac maturo consilio; ut prudentior suffragijs coruscet electio: igitur dum consultitur prudentiæ, non est dignus proponi, qui non præponi: quan-doquidem apti dumtaxat supremis dignitati-bus, qui præponantur à dotibus. Electus, quem præponam. Electus, id est, eligibilis: ait San-ctus in Itai. 54. 13. Qui potest eligi, quippe sine meritis non potest. Eligunt merita, plus quam suffragia: & dicitur electus per suffra-gia eligibilis; quoniam sine dotibus, estò proponatur, non est habilis.

6 Electus quem præponam. Alij, Pro-ponam: que non videtur versio, sed aucto-ritatis consultio. Proponitur, ut eligatur: in propositionem non eligitur: quo igitur ordine supponitur iam electio, dum pro electione discutitur propositio? Omnia expo-nunt, quæ diximus de Saule, ut regia con-decoraretur dignitate. In illius corde quasi in centro federat virtus; igitur haud indul-sit, per magnatem legem frangi etiam miles gregarius. Erat bonus, erat optimus; etenim nemo è cunctis melior illo. Inter omnes emi-nebat corporis proceritate, & virtutis mag-nitudine; siquidem nullus similis ei: ut dicitur cap. 10. 24. Hæc enim instrumenta & proponunt & eligunt, priusquam suffragia pro electione conferantur: & homo tot insi-gnibus virtutum ornatus, ante assumptionem ad munus iurè dicitur electus; quoniam non fuit expositus congregationi, ut illum elige-ret in principem, sed ut suffragia virtutum confirmarent electionem: etenim priusquam hominem ita eminentem eligerent consensu vocalium, altiore iure suffragia elegerant meritum.

7 Denique. Se in regem elegit Sau-lus

Abul.

Tari est-gius, qui ex-cellit do-tibus.

Ierem: 49. 19.

Sine illis inbabili

Maior est, quod melior.

lus: elegit Samuel, & etiam omnis congregatio elegit, mutuis gratulationibus, & festivis plausibus, cunctis dicentibus: Vivat Rex. Non multis post diebus parva victoria de Ammonitis, perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul. Quid fecerunt, si iam factum? Quod dotes iam fecerant, congregatione fecerunt. Instrumenta electum uti dignum demonstrant: suffragia eligentium electionem constitutione confirmant: & dum Saul elevatur in thronum, fecit congregatio, quod iam factum; igitur restabat, dignitate accepta à meritis, quod à vocalibus acciperet possessionem dignitatis.

8. Destinari in sacrificium per patrem puerum Isaac, fuit signum successio- nis in domo paterna; quæ quidem vividè signatur, dum fit sacrificij victima: igitur qui destinatur regimini, cum splendore de- vovetur morti. Relinquitur Isaac, & assumitur Isaac. Non maior, maior natu, sed qui merito. Verum cur dum offertur, dicitur tentatio? Tentavit Deus Abraham. Sape in surgunt tentationes vehementissimæ, dum fit deliberatio de successore. In bonis urget zelus, in malis utilitatis intuitus. Illi consulant publicæ causæ, hi tantum provident sibi; quin prævideant, imò nec videntes videant, brevi & facile dissipari à Deo, quicquid longo tempore construxit vanissima cogitatio. Conditionis fragilis sæpè præcipuus diabolici conamem, non exponere quem cognoscunt proprijs dotibus superiorem, ne sit, cognitis super candelabrum dignitatis, obex, seu frustratio moliminum ambitionis, ignorantes cadere, per quæ conantur ascendere. Quid si inflat, Gratus exhibit? Adæquat respondebit? Favabit cogitationi? Dirigetur in regimine? Nequid faciamus, quod inducat penitentiam, excludendo medicinam. Dedit potestatem, si conferimus honorem? Erit muneris, vel electoris? Regemus cuncta, si videmur recti? Hocine credibile? O quanta vanitas! Quam longè à cogitatione æternitas! Deus non irridetur: & operibus indicant, Deum nec videre, neque audire, dum hæc moliantur immoto verme conscientia. Quæ non machinantur in propositum, ut insilliant varijs utilitatibus fotum ambitionis scærum, ne videntes videant, & audientes non intelligant? O quantum est in rebus inane! quandoquidem ex his queis construunt fabricam, videmus impetè ruinam. Serò sapiunt Phryges: igitur minime à cogitationibus decidunt, vel videntes frustra cogitationes. Hæc loquimur (ait Cypria-

Ibid. v. 24. Cap. 11. 25.

Quid post merita facit suffragia?

Gen. 22. 2. Magna tentatio successio- nis electio.

Ambitio- nis pro- pofita.

Cypr.

nus de Discip. & habit. Virgin. cap. 2.) affe- fectione potius, quam potestate: non quod, extremi & minimi, & humanitatis nostræ admodum confesij, aliquid ad censuram li- centiæ vindicemus; sed quod ad sollicitudi- nem magis cauti, ipsæ de diaboli insellatione timeamus.

9. Rectam vitam docuit SS. Confessor Christi Benedictus Regul. Sanct. cap. 2. Electio prudentissima est, dum eligitur Abbas qui præesse dignus sit. Quis ergo dignus? Quæ sibi omnis concurs congregatio secundum timorem Dei, fuit etiam pars quamvis parva congregationis sanctorum consilio elegerit. Vita autem merito & sapientia doctrinâ eligatur, qui ordinandus est, etiam si ultimus fuerit in ordine congregationis: subdit ibid. cap. 64. Ille est dignus, qui præ- est dignus: & non est dignus, quia præest. Ille est dignus, si præest dignus, & nequaquam præest, quia electus. Ille qui eligitur secundum Dei timorem, & nequaquam iuxta subodoratam utilitatem. Ille quem prius elegerunt meritorum vitæ & doctrina sapientiæ. Ille qui est ordine congregationis est ultimus, dotibus eminet primas. Ille qui dum præest subditis, præest magis meritis, quam superioritate dignitatis. Ideo pro Tentavit Deus Abraham, Symmachus legit: Glorificavit Deus Abraham: igitur ubi de suc- cessore urget electio, in consilijs latent glo- rificatio & tentatio. Si dilecti affectum trucidat, erit ex culmine culmen, quoniam vicit affectus tentationem, & gloria ange- scit, quippe immobilat quod ex dilectione placet. Est tentatio, & glorificatio in huius- modi consilio; quoniam si bene consulti, conducit in gloriam, verum si perperam, procedit in ruinam. Ibi Abrahamus gloriosus, ubi tentatus. Ibi offeres successorem. Ibi te ostendes verum multitudinis patrem. Ibi offeres, & ibi glorificaberis; quia vide- bis summè laudi præclarissimas dotes suc- cessoris.

10. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim indicantes duodecim tribus Israél: ait Dominus hæc sequentibus, & propter eum vanis cunctis renunciantibus. Non vide- tur præstans meritorum auctoritas, dum præ- mia pendunt ex eo quod alij concedatur di- gnitas. Merita ex operibus haud respexerunt in merendo conditionem, sed fulmo- dō muneris crediti splendidam dignitatem. Præmia autem erunt, vel non erunt, si fue- rint conditionata: suntque suspiciosa simul vel præclarissima merita, maxime si munera non rectè quadrant, ut dignati rectè se- deant.

S. Bern.

Idem.

Unde con- fent mo- rita elec- ti.

Symon.

Et sic potest esse gloria & ruina.

Verf. 22.

March. 19. 28.

Summa gloria est gentis, est gloria in successio.

deant. Cur ergo quæ Apostolorum dignitas, dicitur Christi maiestas, dum illi sederint in maiestate sedis, ille etiam sedeat in supre- ma sede maiestatis? Illos Christus elegit, & cum in caelum iret, pro se in Ecclesia tubro- gavit. Gloria electi dignè, residet in electo- re: & dum meritis thronus promittitur di- gnitatis, etiam gloria connotatur eligentis: quoniam nil æquatur in gloria gloriæ viden- di successorem in sede cum maiestate.

11. Dixi consulto In sede cum maiesta- te, ut constet gloria maiestatis in sede. In se- de exprimitur gloria: in maiestate designantur merita: & tunc iure electi habent sedem maiestatis, dum sedent meritis. Textus di- cit: Sedebitis super sedes. Ubi ergo, si sedent? Est in sedibus discrimen. Honor non est ho- nor in indigno, sed tantum in benemerito. Quod huic plausus, indorato dedecus: & dum sedent digni, sedent in throno gloriæ: quoniam cum gloria summa sedent in thro- no, dum sedent. Sedent super sedes, ut me- ritis sedentium præfulgent dignitates: igitur cum merita deudent munera, & horum à dignis electis procedat gloria; sederunt iure in maiestate throni, quia sederunt in thro- no cum maiestate.

12. Singulare capitulum invenimus in Apoc. 4. Apoc. 4. Sedes (dicitur) posita erat in caelo, & supra sedem sedens. Quis? Aptius cognoscitur, dum non agnoscitur; igitur qui sedet in maiestate sedis, totus debet esse dignitatis. Commendatio est iusti- tiæ, si non agnoscitur in sedente, nisi quod sedeat pro tribunali. Vincat rex patrem, sed pater non vincat regem. Ideo Arabic. Sede- bat quidam, Quidam, quasi neminem agnosceret in throno, nec nosceretur ab ullo. Erat ibi agnus, qui accepit de dextera se- dentis in throno librum; ut exprimeret in di- gnitatem meritorium. In circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & super thronos viginti quatuor seniores sedentes; & etiam in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor anima- lia, plena oculis ante & retro: celebrantibus cunctis iure collatum premium, dum Agnus pretio sanguinis assumberetur ad thronum: Dignus est Agnus (dicebant) acce- pere honorem & gloriam &c. Hæc capituli visio mirifica. Ego lustremus omnia.

13. Est idem capitulum sit, est discrimen ingens inter eos, qui sedentes ibi sunt. In thronis erant seniores sedentes. Superior etiam supra sedem sedens. Voces sanè illu- stres geminatione. Si sedebat, ubi nisi in sede? Potest sedere in throno, si sedeat in se- de? Uique. Sunt meritis caesi, & dignitati- bus pleni, quibus fortuna favet, quia for- ty-

Sedet in throno, qui meritis sedet.

Cap. 5. 7.

Cap. 4. 4.

Verf. 6.

Cap. 3. 22.

Verf. 2.

na; & fors respicit, quia cæca. Quos digni- tas respicit, fovendos fortuna suscipit: collo- cat in thronis, & non sedent ubi sedent; quoniam sedes non habent, qui consequun- tur, sed qui merentur. Ratio suppetit. Pos- selsio throni non astringit meritorum: meritorum implet maiestatem thronum: & non sedent indigni in sede, qua sedent; quoniam sedis indigni: igitur sellas evacuant, dum illas oc- cupant. Vernaculè. Las sillas que ocupan, las ocupan, no las llenan.

14. Perpendamus ex capitali descri- ptione, quam veram. Animalia dicuntur esse in medio sedis & in circuitu sedis. Quo- modò possunt hæc fieri? In throni medio, & in circuitu throni? Si sunt in medio, sunt in throno: extra thronum, si in circuitu. Qua arte sunt demonstranda intus & extra? Non ita novum, dum ascendunt indorati in di- gnitatis fastigium: igitur si intra thronum sunt plausus, extra sunt muneris oneri. Dum- taxat conantur lucere, & æquivalent pro splendore laborare. Officium conat onere & honore, quippe individui comites in quo- vis munere: & animalia sunt intra, & extra sedilia; intra, quoniam fatagunt de vanitate, atque plausu splendoris; extra, quippe sub- trahunt humeros ab onere dignitatis.

15. Clarius patet. Extra & intra sellam honoris animalia habebant sedes. Si merita in culmen animalia elevassent, sede habe- rent in throno, quamvis sedem in throno non haberent. Sederunt sedes in iudicio, sed sine merito. Indulset fortuna, ut in fastigium ascenderent, sed sedilia, quæ occupant vel sedentes non habent; quippe dum fortuna intra thronum perducit, thronus extra tam- quam iaculum expellit. Non potuit arere, dum venerunt; quippe oppressus à plenitudi- ne potestatis, ruit prolubia phantasia quasi potestatem legis: & ut locum habeat indignos expulsi; quoniam amplius lucent se- dibus vacuis, quam occupatis à solidis.

Procedamus ultra. Animalia plena erant oculis ante & retro, cum essent in me- dio sedis & in circuitu. Ad quid ergo am- bulant in circuitu, si sunt in sellis? Quoniam nunquam quousque iaceat, sedet vel in sede ambitio: & est in sede & simul extra sedem; igitur solum superioris ambitu dignitatis disponit in ascensionem. Ex supremo gra- du throni formant gradunt scribandi ma- gnitudinum: & sunt intra, & extra thro- num; quia dum corpore sunt intra, cor- da ambitione sunt extra. Ambulant in cir- cuitu. Hoc atque illuc fatagentes ambulant, & ambitionem possessionibus excitant. Sunt simul in medio throni, & in circuitu thronis; an

Throni & digni da- bentur ab in li- gni occu- pantur.

Verf. 6.

Indorati sunt & non sunt in throno.

Quanti- dor.

Propter ambitum nec in quiete quiescunt.

Ambitio cæca & oculata.

an valeant in altiores dignitates intronitari: igitur vix micat à longe officium, dum pleni oculis, ut sibi arripiant, convertuntur in Argum.

Sella Curulis.

Eleos fortuna, ut corrumpant.

16 De reliquis dicitur habere sedes, & federe in sedibus; sed nequaquam de animalibus; quod res mira, igitur nullis aptius congruit sella. Sella insignis Curulis potestatis pro fulcris constabat rotis, ut vidimus Tautolog. 3. Didasc. 1. num. 14. ex Aul. Gellio. Nemo vocatur in respicientiam, estò videat indignorum cum folio ruinam; etenim magis placet insulatos ruere, quam extra sedem requiescere. Haud aliter collocantur indigni in throno, qui quidem dum sunt intrā, perambulant in circuitu: igitur si rotā fortunæ fult, altiora gradu concipiunt, ab adiuvice fortuna ad ima precipitantur. Quos fortuna tollit, elidendo assumit: quandoquidem haud extollit ut surgant, sed ut corruant. Numquam illa vacuos meritis arceat, sed tandem tandem expellit: etenim proprius genius, elevare ineptum in admirationem spectantium, & precipitare in risum.

Dum indignitas confertur throno, etiam de decui.

17 Fit iam palam causa lapsus & origo ruinae, cum sint in honore sine honore, ac in gloria dignitatum, sine dignitatum gloriis; igitur effulgunt tituli speciosi radijs, sine meritis muneris. Merita si aliquantula, frigida, invalida, ægra, debili complexionione continuo infirma. Quamvis igne ambitionis & patrocinijs foveantur, statu levissimo frigent, & apodosi seu collatione veritatum languent. E throno expulsi, indignitates exosa, quæ fortuna collocavit. E lapsu patuerunt cerebrum vacuum, & cor stolidum: tuncque ambiunt epithema alicuius dignitatis pro epistimia seu famæ integritate in curatione, nescientes fecum in illa portare maiorem infirmitatem: igitur conferre in medicamentum nominis officium; nocivum medicamentum. Viridius nostro idiomate. Dar por medicina de sus creditos un cargo, es maravillas: no ay sugeto. Omnes digni & indigni habebant sublellia in thronis, & dumtaxat de dignis dicitur federe in congregatione super sedes: igitur indigni vel in sedibus sunt longè. Uluventi sorte similiter potestatis ad placitum, atrosi in throni fastigium; sed coram digne sedentibus sedentes non habent locum. Cuncti sedes habent, & non habent sedem; quippe sedis non habent maiestatem. Cuncti sedes habent: verum non omnes habent, quas habent sedes; quoniam sedes, designantes officium, minimè sunt habitum, sed meritum: quandoquidem non est dignitas in dignitate, dum habetur sine honore.

Dumtaxat funguntur officio, gaudenti intrinseco.

18 Contemplerur dignos, possidentes thronos. Sedes posita erat in caelo, & supra sedem sedens. Supra sedem sedit, qui sedet. Hoc est sedit dignè, siquidem sedit in sede cum maiestate. Præstanda erat prima sedes illius gloriosissimi throni, interpretantur mysteria arcana sigillari libri. Liber apertus est ab Agno, & plauditur summè qui sedebat in throno: igitur conciliat estimacionem eligentis benemerentes in dignitatem, conferre è suprema sella thronum, studentem pretio sanguinis palam aperire librum. Ita enim factum: sed plausus singularis, ubi de throno precedebat voces gratulationis. Dignus es Domine (auditur) accipere librum, & aperire signacula eius. Si libri apertio merita designat, & merita pro dignitate clamant, cur non plaudunt dignum possidere thronum, sed dignum tantum aperire librum? Aperire, erat dignitatem mereri: federe in throno, dignitatem consequi: & aperire librum plauditur tantum pro gloria; quoniam in caelo non celebrantur munera, sed solum: modò merita.

Verf. 23

In caelo non plauduntur munera, sed merita.

Cap. 21

Verf. 25

Fulgor insignis dignitatis, dum rutilat fulgore Præsidii

Honor eligentis ex electi constans.

Cap. 21

Verf. 25

Fulgor insignis dignitatis, dum rutilat fulgore Præsidii

V. 7. & 8.

Lucet dignitas throno, dum honor signatur debitis.

Dotes sunt bonæ dignitatis.

Cap. 21

rem? Quid sedenti in throno laudis, ex Agni meritis? Maximum, Agnus hic est Deus homo, Christus Dominus, à Patre propter homines in throno sedente missus: & plauditur summè gloriā in maiestate sedis, propter electionem hominis, atque possessionem muneris: igitur in condignam meritis dignitatem, inter homines elegit eminentiorem. Construitur eligentis magnitudo, dum in dignitatem eligitur homo: & plauditur qui sedebat in maiestatis sede, propter electionem Agni: etenim licet dignitas insignis (uti federe à dextris sedentis) haud elegit hominem eminentem dignitate, quam meritò habet; sed dignitate, quæ lucet per hominem, quem assumpsit. Ex destinatione digni muneris, pater plauditur à tota congregatione. Sedenti in throno & Agno. Clamat electio, quanto iure sedisset in throno: igitur assumptione digni in culmen honoris, apparuit consuluisset nomini patris.

Eth. 6. 6.

V. 7. & 8.

Lucet dignitas throno, dum honor signatur debitis.

21 Digni honorant munera, munera indignos. Hi sedent sine maiestate in maiestate sedium, quia in officijs haud aliam habent præter maiestatem officiorum: sed digni sedent maiestate super sedem; quia sedi doctibus communicant maiestatem: & dum assumuntur ad thronum, etiam inimici aversi proclamant debitum. Quid debet fieri viro, quem Rex honorare desiderat: dixit Afluerus siccanti honores Amano. Larva utique essent dona, si qua, propria merita lege meritum aliena: verum philantia legem non habet: nisi singularitatem, quæ supra legem. Homo quem Rex honorare cupit, debet indui vestibus regijs: incantanter respondit. Sese pupugit consilio, casto proposito. Iurè: non cogitavit de meritis honorandi, sed de honore: & sepe fallitur, qui nesciens merita, intendit in munera, non iuxta rationem legis, sed iuxta placitum regie potestatis. Inimicus consiliarij erat exaltandus, qui quidem honoris tanti dignissimus. Præclara sunt merita, quorum honorem decernit invidia: igitur consilio inimicus favet, velit nolit. Debet, dicit: iu-

rè debetur officium, dum assignatur per æmulum. Debet. Debitum est honor dignitatis creditoribus meritis, sicut dicitur gratia, dum desunt merita: & honorem à Rege datum, vocat vel in adversario minister Amanus debitum; ob insignium commendationem doctum: quandoquidem honor etiam supremæ dignitatis iurè collatus, dum uti debitum meritis fateretur vel inimicus.

Et fatetur inimicus.

22 Debet indui vestibus regijs, qui ita regibus studuit. Debet accipere & suscipere honorem, cui honor debetur. Quæ gloria non obtinuit, si coram tyranno genuflecteret? Verum quoniam noluit que non legis, salutem & honorem suscepit ex inimicis. Noluit adorare, quem adorare non debuit. Ideo debet admittare dignitatem, & consilium Superiorum: igitur dos magna, insignis, egregiaque (vel premente angustia in proiectionis dedecora) nolle titillante phantasmam utilitate, dignitatem per indignitatem adipisci. Hic debet indui, quia nescit ignominiosè flecti. Hic debet assumi in dignitatis culmen; quoniam fastus illi haud debuit vel levem inclinationem. Mutuo sibi respondent merita & præmia. Consultatores debent decernere ad dignitatem, meliorem: electus haud frigide despiciere dignitatem: & dum illi munus adimplet exactè, hic debet oblatum munus suscipere: quippequam iurè debet imperare, qui in regimen debet eligi. Debet inter omnes esse maior, qui cunctis melior. Omnia describit Claudianus pro Consul. Manl. Theodorici. v. 238.

Non flecti in dedecora, summa gloria.

Debet regere, qui debet eligi.

Pax maiora decet. Peragit tranquillâ potestas, Quod violenta nequit: mandataque fortius urget Imperiosa quies: idemque prædurus iniquas Accipisse preces: rursusque digna petitus Largitor facilis: nec qua comitatur honores, Ausatus leviter tentare superbia mentem. Pons privata manet. Non se meruisse fatetur, Qui crevisse putat. Rigidi sed plena pudoris Elucet gravitas fastu incunda remoto.

Dotes insignes Superioris.

Claudian.

